



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXXXIV. Iesus in templo docet in Scænopegia. Ioan. 7.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

LXXXIV.

I E S V S in templo docet in Scanopegia. Feria 3. post
Ioan. 7. 4. Quadrag

I. **I**am autem die festo mediante ascen-
dit IESVS in templum & docebat, &
mirabantur Iudai dicentes, ¹ Quomodo hic
litteras scit cum non didicerit? Respondit
IESVS, Mea ² doctrina non est mea, sed eius
qui misit me; si quis voluerit ³ voluntatem
eius facere cognoscat de doctrina utrum ex
Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à se-
metipso loquitur ⁴ gloriam propriam qua-
rit; qui autem querit gloriam eius qui mi-
sit eum, ⁵ hic verax est, & ⁶ iniustitia in
illo non est. Augustinus, "Secundum for-
mam Dei suam dicit, secundum for-
mam serui non suam)" Nam cum sine
eruditione litterarum doceat, non quasi
homo, sed ut Deus videtur docere.)
Ambrosius, & iterum Augustinus tr. 29.
in Ioan. "Quid est, si quis voluerit volun-
tatem, &c. Si non intellexist, crede ut in-
telligas, quoniam nisi credideritis non
intelligetis: Quid intelliges? quia Chri-
stus

Aug. i. de
Trin. c. 12.
Ambr. lib.
de fide c. 4.

468 DOCTRINA ET MIRACULA
Iesus Dei filius, qui est doctrina Patris,
non est ex seipso, &c.

2. Nonne Moyses dedit vobis legem, &
nemo ex vobis fecit legem? quid me qua-
ratis interficere? Respondit turba, Dæmo-
nium habes, quis te quarit interficere? Re-
spondit IESVS, Vnum opus feci & omnes
miramini? Propterea Moyses dedit vobis
Circumcisionem, non quia ex Moysse est, sed
ex patribus; & in sabbatho circumciditis
hominem. Si circumcisionem accipit homo
in sabbatho, mihi indignamini quia to-
tum hominem sanum feci in sabbatho?

Ambr. in
ps. 118. c. 14. Ambros. Hoc est totum: non ut facul-
tatum collatione ditaret, non ut hono-
rum insignibus, non ut gloriæ sæcula-
ris cumularer augmento; hæc enim non
habent beatitudinis plenitudinem, sed
totum hoc est quod longitudinem vitæ
complecteretur æternæ.)

3. Nolite iudicare secundum faciem,
sed iustum iudicare; dicebant ergo quidam
ex Hierosolymis, Nonne hic est quem qua-
runt interficere? Et ecce palam loquitur, &
nihil ei dicunt: Nunquid verè cognouerunt
Principes quia hic est Christus? sed hunc
scimus unde sit: Christus autem cum vene-
rit

rit nemo scit unde sit. August. " Vtrum-
que prænuntiauerunt scripturæ, secun-
dum hominem vnde esset: secundum
Deū, latebat impios & quærebat pios.)

4. ¹ Clamabat ergo IESVS in templo,
Et me² scitis, & unde sim scitis, & à me-
ipso non veni; sed est verus⁴ qui misit me
quem vos nescitis. Ego⁵ scio eum quia ab
ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo
eum apprehendere,⁶ & nemo misit in illum
manus, quia nondum venerat hora eius.
De⁷ turba autem multi crediderunt in
eum & dicebant, Christus cum venerit,
nunquid⁸ plura signa faciet quàm hic
facit?

LXXXV.

Missi ad eum comprehendendum re-
uersi laudant. Io. 7.

I. ¹ **A**vdierunt Pharisei turbam murmu-
rantem de illo hac, & miserunt Prin-
cipes ministro? ut apprehenderet eum: dixit
ergo eis IESVS: Adhuc² modicum tempus
vobiscum sum, & vado ad eum qui misit
me: quæretis me & non inuenietis, & ubi
sum vos⁴ non potestis venire: dixerunt ergo

Feria 2. post
Dom. Pass.

X

Iudai